

LIBRARY
UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES
1961
1961
**NOVA LVX
IN EDICTVM
S. INQVISITIONIS**

AD PRAXIM SACRAMENTI POENITENTIAE
pro cuiuscunq; statu, ac conditione;

Omnis, & singulos tractatus ad Sanctum Inquisitionis Officium,
implicitè, explicitèq; spettantes irradians:

QVA OMNES CHRISTI FIDELES ILLVMINANTVR,
principù Theologi, Summiste, Philosophi, Astrologi, Confessores,
Exorcistæ, Concionatores, & Pastores.

*Ad intelligendum potissimum materiam Denunciationum Sancti Officij, Corruptionum,
ipsius Censurarum, temporis gratiae, Heresum, illarum Suspicionum, omnium Su-
persitionum, Blasphemiarum hereticalium, Offensionum in Ministros S. Off.
librorum prohibitorum: Errorum Aristotelis, suorumq; Commematorum,
controversiarum inter Catholicos, & hereticos nostri temporis;*

Itidem ad consulendum statui Reorum in carcere, extra, & in morte; denique ad
cognoscendam venerationem debitam S. O. ciusq; Ministris.

AVCTORE ADM. R. P. F. IGNATIO LVPO DE BERGOMO
Vtriusq; Theologiae Lectore Generali, ac Iubilato Sacri Ordinis
Reformatorum Sancti Francisci.



**BERGOMI, Typis Marci Antonij Rubei. clc loc ijl.
SVPERIORVM PERMISSV.**



Tibi Martyrum Indici, Tibi Martyrum Soli
Sub Dominici Canis Sydere coruscant

PETRE MARTYR

Quam à te mutuaui rependo LVCEMA

Quod tuum est ne dedigneris.

Tibi Indicam sisto PETRAM

Tuo obsignatam Indice,

Qua stant Fidei Catholicæ dogmata,

Qua collisa iacent venenata Hæresum iacula:

Tui Triumphi semper gloriafa Insignia.

Patere illorum te esse Protectorem beneficium,

Quibus te præbuisti propagatorē, & propugnatorē inuictū.

Te decebat Herculem non fictum

Veram Hydram detruncare

Dominici Face armatum;

Cui tantum addidisti splendoris.

Solius dexteræ Solis erat sinistros Pythones prosternere.

Ecquid mirum, si in tua iam fide fidem recepit FIDES?

Quidni modò, quæ tuæ cōmendo fidei, fidem nō inuenient?

Cum ad FIDEM & ipsa spectent.

Nil tibi carius me fore credo, quam de FIDE loqui,
quam credidisti.

Hæc vulnerata se fortiorē in tuis vulneribus prædicat;

Hæc in tuo occasu se gloriatur erectam

Hæc in tuo sanguine se dealbatam gestit purpurā induisse,

Quo quippe illam hæresibus deteristi:

Vsq; adcō verum est non alia purpura regnare FIDEM,
quam sanguinis

EDICTI SANCTI OFFICII P A R S P R I M A .

PROLOGOMENA, SEV PRAELVDIA;
De his vñz., quæ huiusmodi Commentaria præcedere
oportet; sunt autem septem, prout infra.

PRIMVM PRAELVDIVM.

Edictum S. Inquisitionis an congruè commentetur.

ET videtur prius quod non; quia cum sit traditum lingua vulgari, satis de se est intelligibile absq[ue] illa explicatione. Hoc non obstante respondeo congruè commentari; non quidem ad declarandum litteram, quæ est clara: sed ad sciendum explicitè, quæ sub ipsa implicitè recondita reperiuntur: sicut Scriptura sancta, licet primo accessu (solummodo littera pensata) videatur satis intelligibilis; & perinde incongruè expositionibus subiecti: atamen ob implicita arcana sub ipsa, numquam satis explicitè declaratur. idem in proposito. cx: gratia, licet constet denunciationem esse faciendam: non tñ satis claret, an premittenda, vel omittenda sit correptio fraterna. Item planū est annodatum casibus S. Officii denunciandi esse: non tamen est prorsus planum, quod omitti possit denunciatio, licet omnino constet de eius emendatione: itidē perspicuum est omittentem denunciationem in Edicto præceptam excommunicatione reseruata annodari, sed non satis claret, qualem reservationis naturam habeat. insuper constat, omnia, & singula præcepta in ipso contenta obseruanda esse; sed nō satis apparet, an sub eodem rigore. præterea, vt sernel finiani, perspicuum est Hereticum esse deferendum S. Tribunalis; sed non statim constat qualis Hereticus, an solum formalis, vel etiani materialis externus, & sic per singulas materias S. Officii discurrendo, dignoscere horum Commentariorum urgentissimam necessitatem; quare non frustra assumitur labor iste, nec gratis vacabis horum studio. Dices, solius esse Conditoris interpretari legem, i. cum deno-
uo, c. de leg. gl. in l. novi passione, ff. ead. Respondeo verum esse de interpretatione ut à legis Conditore: quod fecus est de illa, ut à Doctori: hoc modo S. Scriptura, Bullisq[ue] Pontificis à pluribus interpretantur.

SECVNDVM PRAELVDIVM.

En Edicti huic Commentaria pro singulis verbis, ac Disceptibus deservient.

Respondeo affirmatiue: ratio est, quia quamvis Edictum generale S. Inquisitionis per quemlibet Inquisitorem

in primo sui ingressu in Diœcesis, Vrbeq[ue] sua iurisdictionis contra hereticam prauitatem promulgetur: forma ramen Edicti per Supremum Tribunal uniuersalis Inquisitionis Romæ extat præscripta, *ut ex art. 5. inq. part. 1. c. 1. colligatur;* & proinde Edictum v. g. pro Ciniitate Bergomacni, & sua Diœcesi promulgatum erit idem cum alijs ceterarum Ciuitatum, ac Diœcetum, saltem quo ad essentialia.

PRAELVDIVM TERTIVM.

Quod in his Commentariis prius necessariò agendum est de Edicto, ac eius portibus subiectis, quam de casibus s. off.

MONITOR; quia recta docendi ratione requirit omnino, ut id prius exponatur, quod ad corum, quæ sequuntur, intelligentiam facit. Arist. 1. poster. prius n. quæ communiora sunt, quam, quæ sub illis continentur, explicanda sunt: ex. grat. prius virtus, quam iustitia, prout eis virtus particularis; prius contractus, quam emptio, venditio &c. quia nisi de communioribus prius agatur, sapientia eorum in rebus inferioribus explicandis sine utilitate facienda erit repetitio.

PRAELVDIVM QVARTVM.

Quomodo tractatur materia cuiuslibet libri huic se prima pars: & quomodo horum Commentariorum dignoscitur stricta necessitas.

EX resolutione prioris partis huic qualiti, pender resolutio secunda.

In primo libro agitur de Edicto non in sua latitudine, prout sub se complectuntur Edicta Principium, Pratorum &c. sed huic tractatus arctatur ad Edictum S. Inquisitionis.

In secundo dissertatur de Inquisitore non in genere, quatenus ipsius disceptis amplectitur sub se Inquisitorum exemptiones, privilegia, beneficia &c. sed præcisè, ut Edicti promulgator, & exequor.

In tertio tractatur de S. Officio non quo ad omnes simul, nec diuinissim quo ad singulas ipsius excellentias, aut singularia, quæ referuntur à soec. Regas in copiosissimo numero traxit de singularib[us] fidei: sed duntaxat quo ad eius integritatem, prudentiam, ac pietatem in Reos.

In quarto, & quinto fit sermo de Denunciatione, sed non eo modo, quo illam tradunt Summisib[us] in sua generalitate, sed prout practicari oportet in S. Tribunalis: quare velim attendas ipsorum doctrinam, nec Consultori-

A bus,

EDICTI S. INQVISITIONIS LIBER PRIMVS.

De quatuor causis ipsius Edicti.

Dividitur liber iste in quatuor distinctiones iuxta numerum quatuor causarum, nimirum materialem, formalem, efficientem, & finalem, quarum prima, & secunda est intrinsica ipsi Edicto, adeo ut non consistat, nisi ipsi prius consistentibus: Efficienter vero, & finalis sunt tamum ex intrinsicis ipsi: unde re ipsa absque ipsis consistere potest: nam cessante ipsius promulgatore, eiusq; fine non per hoc cessat Edictum, quod infra paretur suis locis: eatum vero est supra in divisione totius operis in qua parte textus fit mentio cuiuslibet predictarum causarum.

DISTINCTIO PRIMA. De Edicti S. Inquisit. causa materiali.

MNIS tractatus cuiuslibet generis ad quatuor reducitur causas: nimirum ad materialem, formalem, efficientem, & finalem, ita ut loquendo nec tractatus exceedat cause, nec tractatus causas: quarecumque materialis, & formalis sint potiores, potior etiam locus, & prius ipsi dandus est: ab ipsis itaque exordiendo; primo loquat de materiali, circa quam tradam quatuorplex, & quid sit Edictum S. O. quo ad quid nominis, & quid rei: necessitatem scientie Edicti: ipsius precepta, eiusq; obligationem, & iuxta hec quatuor, quatuor quoque erunt articuli: huiusmodi autem cause sunt velut quatuor labiles columnæ, super quibus totum erigitur Edicti fundamentum.

ART. I. DIFFICULTAS I.

Quatuorplex sit Edictum S. Inquisitionis;

DE S. Inquisitionis Edicto loquuturus, cum ipsum (etiam siumpnum pro folio ab Inquisit. S. Officij ad Ecclesiasticas valvas affixo) sit aequiuocum; prius est distinguendum, quam definiendum, ne ignorantia distinctionis ipsius intelligentiam retardat: aequiuoca enim prius sunt distinguenda, quam definienda, ut sciat, quomodo accipiuntur in tractatu.

Duplex est autem Edictum, v.z. Edictum denunciationis, & Edictum gratiae, quod satis constat (attento Edicti folio) cuius prior pars est de Edicto denunciationis: altera vero de Edicto gratiae à S. Tribunalij praestandæ ijs, qui ad

cor reuersi sponte comparent coram Inquisitore, vel eius Commissario confitendo propria contra fidem Catholicam delicia: De viroque dicemus.

DIFFICULTAS II.

Edictum unde dicitur, & quid sit;

Edictum ab edicendo dicitur, ita *Inquisitoris in l. Barbarijs, ff. de officio Praetoris*; Edicere vero nihil aliud est, quam proponere: sic *Ludovicus à Parame de origine S. Inquisitionis, lib. 2. q. 5. num. 1.* Quo fit, ut si Edicti intentum spectemus, protinus intelligimus idem proponi, ut quisque agnoscat, de quibus criminibus proximum suum apud S. Tribunal denunciare debeat, faciunt, quae habentur l. 2. S. eod. tempore, ff. de orig. iur.

Edictum propriè loquendo volunt aliqui sumi solummodo pro precepto supremorum Indicium, v.g. Regum, vel Imperatorum iuxta illud *Luce 2. c. Exiit Edictum à Casare Augusto, ut describeretur universus Orbis: sed quotidiana praxis demonstrat, quod etiam sumuntur pro precepto in lege inferiorum, seu delegatorum contento; quandoque .n. Judices etiam inferiores apponunt Edicta, ut in cap. 1. de Inplenda negligent. Praetorum secundum archidiacon. Ioan. Andr. & Dominic. in cap. 100 circa, ibi (Edicto perpetuo prouiderimus) de Elec. in 6. & hoc modo sumuntur Edictum S. Inquisitionis, deo quo est nobis explicatio: sunt .n. Inquisidores Judices inferiores à Summo Pontifice Delegati. Edictum itaq; S. Inquisitionis est preceptum Reuerendiss. Inquisitorum ad negotium fidei à S. Pontifice delegatorum. Legendus est *Ludovicus à Parame loc. citato. Sebastianus Medices tom. 1. de definit. par. 2. defin. 1. Glos. fe**